Capitulum XXIII

Epistula Magistrī

Lectiō I

Iūlia Aemiliae rosās trādit.

trādo, trādere = trāns + dāre

trādo, trādere = dare dē manū in manum

Cuī Iūlia rosās trādit?

Quō cāsū est “Aemiliae”?

Iānitor Iūliō epistulam trādit.

Quis Iūliō epistulam trādit?

Cui iānitor epistulam trādit?

Quid facit iānitor?

Iānitor Iūliō epistulam trādit.

Quō cāsū est "Iūliō"? Cūr?

Aemilia: "Ubi est Mēdus?"
Iūlius: "Mēdus abest. Mēdus hinc discēssit."



hinc = ab hōc locō



Tlēpolemus epistulam ā Tūsculō ad vīllam tulit.

Tlēpolemus epistulam illinc ad vīllam tulit.

illinc = ab illō locō

Iūlius Dāvum discēdere iubet.

Iūlius Dāvum dīmittit.

dīmittere = ā sē mittere; iubēre discēdere

Quem Iūlius dīmittit?

Quid facit Iūlius?

In epistula est signum magistrī.

signum magistrī

Signum est parva imāgō in cēram impressa.

Quid est in cērā in epistulā?

Cuius signum est in hāc epistulā?

Rōmānī habēbant anūlōs cum imāgine.

Rōmānī habēbant anūlōs cum imāgine, quō epistulās signāre poterant.

Quōmodo Rōmānī epistulās signābant?

Iūlius epistulam a magistrō missam legere nōn vult.



litterae (*pl.*) = epistula

littera (*sg.*)
= A, B, C
et cetera

Aemilia Iūlium epistulam legere vult.

continēre = in sē habēre

Ecce poculum.

Ecce poculum Rōmānum.

Poculum integrum est.

Hōc quoque poculum Rōmānum est.

Sed poculum nōn integrum, sed ruptum est.

Estne poculum integrum?

Estne poculum fractum an integrum?

Estne numerus integer?

1/2

Minimē! Nōn est integer, sed numerus fractus!

1/2

Dāvus Iūlium salūtat.



Dāvus Iūliō salūtem dīcit.



Quis Iūliō salūtem dīcit?

Salvē,
domine!

Quid Dāvus Iūliō dīcit?

Salvē,
domine!

Quī cāsus est “domine”?



Faciēs Quīntī alba est quia sanguis dē bracchiō fluit.

Faciēs Quīntī *pallida* est.

pallida = alba (in faciē) esse

Quīntus pallet quod sanguis dē bracchiō fluit.

pallēre = pallidus fierī

Cūr Quīntus pallet?

Quid Quīntō accidit cum sanguis dē bracchiō fluit?

vultus, -ūs = faciēs

Quī color est vultus Quīntī?

Lectiō II

Tabula nōn mea,
sed Sextī est… :(

Olim, Mēdus ānulum emit.



Mēdus ānulum emit. Mēdus tabernāriō pecūniam dat et ānulum accipit.



Mēdus pecūniam dat et ānulum emit.

Mēdus pecūniam *solvit*.



pecūniam solvere = dare pecūniam quae dēbētur.



Quis pecūniam solvit?



Cūr Mēdus pecūniam tabernāriō solvit?



Quōmodo Mēdus ānulum emit?



Ecce Sextus, discipulus prūdēns.



Sextus est discipulus prūdēns et industrius quod is discere vult.



Mārcus nōn est discipulus prūdens.



Mārcus nōn est discipulus prūdens, quod Mārcus piger est.



Magister Sextum laudat quod Sextus discipulus prūdēns et industrius est.



Magister Mārcum nōn laudat, sed reprehendit quod Mārcus piger est.



Sextus laudēs magistrī meret, quod discipulus industrius est.



Sextus laudēs magistrī meret et magna laus eī ā magistrō data est.



Mārcus laudēs magistrī nōn meret, quod discipulus piger et improbus est.



Cūr Mārcus nōn meret laudēs magistrī?



Tūne merēs laudēs magistrī??



Iūlius irātus fīlīo suō Mārcō est.

Iūlius irātus fīlīo suō Mārcō est quod Mārcus eī mentītur.

Mārcus dīxit sē a magistrō laudātum esse, quod nōn vērum est.

Cūr Iūlius Mārcō irātus est?

Pater fīliō suō rogat:

Tūne putās tē hīs litterīs laudārī, Mārce?

Mārcus nōn respondet sed ā patre sē āvertit.

Mārcus nōn respondet, sed silentium respōnsum plānum est!



Silentium Mārcī est respōnsum facile intellectū! Respōnsum plānum est!

Iūlius plānē intellegit Mārcum falsum dīxisse!



Iūlius plānē intellegit = Iūlius facile intellegit



Quōmodo Mārcus patrī respondet?



Intellegitne Iūlius respōnsum fīliī?



superior ←→ īnferior



superior (*comp* < *super*) = pārs super



inferior (*comp* < *infrā*) = pārs infrā



Iūlius Dāvum accūsāvit.

Dāvus negat sē pecūniam rapuisse.

negāre = dīcere ‘nōn vērum esse’

Dāvus nōn fatētur, sed negat.

fatērī ←→ negāre

Fatēturne Dāvus sē pecūniam rapuisse?

Mārcus nōn negat, sed fatētur tabulam nōn esse suam sed Sextī.

Quid fatētur Mārcus?

Negatne Mārcus tabulam esse Sextī?

Tabula nōn mea,
sed Sextī est… :(

Prior, Mārcus pallēbat et facies pallida erat propter timōrem.

Est epistula ā Diodōrō missa!

Nunc facies Mārcī rubra est!

Vultus Mārcī rubet!





rubēre = rubra esse



Propter pudōrem, facies Mārcī rubra est!

Factī suī Mārcum pudet.

Factī Mārcī Iūlium quoque pudet.

Lectiō III

Antehāc Mārcus semper malus puer fuit.

Antehāc Mārcus semper malus puer fuit.

clāvis

Iūlius epistulam scindit.